

12564

Ex reliquijs uenerandæ
antiquitatis.

LVCII CV.
SPIDII TESTA-
MENTVM.

Adhæc.

CONTRACTVS VENDITIO-
nis, antiquis Romanorum
temporibus initus.

F R I B U R G I A P V D IOAN-
NEM F M M E V M.

1533.

Vol. VII. Pag. 60ff. 21.

IO. V DALRICO ZASII FILIO
HEN. GLAREANVS. S.

Venit hisce diebus in manus nostras libellus qui-
dam formulam condendi testamenti contra=
et usq; uenditionis apud ueteres Rom. seruatā, tanta sim=
plicitate, tantaq; uerborum claritate referens, ut uno
intuitu cum forte perlegisse, me in sui admirationem
aliceret. Curaui continuo ad Parentem tuum, alterum
huius Sæculi Scæuolam, deferendū. Cui cū placuisse in=
telligere, uolui ut in uulgo prodiret: pudeceretq; no=
strū hoc sæculū, qñ tot cautionibus, tot tricis, tot technis
testamēta conduntur, nec tñ quicq; proficitur, quin de=
cedentiū ultimæ sepe uoluntates irritæ fiāt. Videre est
paſsim in publicis priuatisq; huius regionis instrumētis
ueterib. q̄ta simplicitas apud priscos illos fuerit hoīes,
q̄ paucis uerbis magna fides cōſtiterit. Puto aut L. Cu=
ſpidiū hūc Ciceronis uixisse t̄pibus. Est enim Herennij hic
mētio, & quorundā aliorum eius ætatis uirorū. Ad finē
tamen huius testamenti alterius Cos. nomen corruptū
puto. Nam octauo post Ciceronis Consulatum anno, ab
Urbē autem cond. duodecimgentesimo cum L. Mar=
tio Philippo Cos. fuit Cn. Lentulus Marcellinus, nō Cn.
Pompilius, nisi quis Lentulum mortuum existimet, ac
Pompilium suffectum credat. quod mihi non fit uerifi=
mile, quanquam ea de re cum nemine contendero. Hoc
munuscūlū ab grato aio profectū ita accipe, ut tibi cal=
car ad honesta studia esse existimes, quanq; nullū maius
exemplū quod intuearis habes q̄ parrētis tui iuxta erit
ditiſſimi atq; optimi iuri. Sed nūc præfationis satis est.
Vale. Friburgi Anno. 1533. tertio Calen. Februarias.

030028453

EX RELIQVIIS

VENERANDÆ AN-
tiquitatis.

LVCII CVSPIDII TE-
STAMENTVM.



E·I O P T. M A X. N V
mine inuocato, absq;
cuius nutu neq; quic;
quā rite inchoari, ne-
que recte pfici potest.

Hæc est Lucij Cuspidij dispositio,
& ultimæ uoluntatis sententia, de
eo quod post mortem suam fieri cu-
pit, decernit q; si quid ex hoc mor-
bo, quem nescit, an ferre possit, se-
cus, ac medici promittunt, de se con-
tigerit. Testatus autem, dum mente
ualeret, sibi testamentum confidere
placuisse, ut sine suorum iniuria, ex
hac uita proficiat, hæc legat.
Domesticam omnem supellectilem

Nonio, qui Apollonię Rhetoricam
docet, uel si qd de eo accidisset, No-
nij filijs, P. & Gn. Cæcilijs. Porro,
quæ mihi debet Q. Aemilius, Ger-
mano Aemilio, liberisq; eius relin-
quo. Agros, Villaſq; quascūq; Li-
ſij habeo, Domumq; Consobrinis,
et Lucio præcipue, q; nomē is ferat
nostrū, mecumq; diutissime, atque
gratissime sit cōmoratus, prout de-
cet discipulū, qui filij tenet locū, tu-
to hæc, & firmiter possidenda cen-
semus. Fundū, quem in Tusculano
colui, cui ab Aquilone publica uia,
ab Austro Templū Iouis Statoris,
ab ortu solis Sex. Pomp. ab Occasu
Suillus Cincinnatus, Attico auūcu-
lo do. Dabit aut Hipparchus Phi-
lotimo Historico Talentū, & Calli-
no Grammatico Drachmas decem.
A reliqua debitioe liber esto. Nisi
Niccae rationem haberemus, qui

nobis aliquandiu fuit perutilis, &
nunc suis facultatibus magnā fecit
iacturam, ob fratriis naufragiū, pro-
fecto', quæ a nobis mutuatus est il-
lius Procurator, statim cogeretur
reddere. Quoniam uero' hoc illi dif-
ficile fore animaduerti, uolo, ut sin-
gulis annis uictū necessariū Colla-
ctaneæ Dorphilæ suppeditet, quæ
consenuit in uirginitate apud Sen-
proniam meā, cuius desiderio mor-
tem opto, propter fidem, probitatē,
fortitudinē, incredibilesq; uirtutes
Vxor is rarissimæ. Vbi Vetula hęc
decesserit, absolut userit debito omni
& cunctis, quas contraxerat, stipula-
tionibus. Si quid humanū Lampri-
dio contigerit, priusquā eius liberī
ad ætatem perueniāt, curæ sint An-
tiocho Rhetori, qui accipiat ex opis
bus nostris, q̄aecunq; illis erūt ne-
cessaria, ut liberaliter educētur, in-

stituanturq;. Amo nimis, & ualde
amo puerorū indolem, quos ad bo-
nam frugem natos autumo. Tu An-
tioche, ut dignū est tua erga me, &
Lampridiū uoluntate, a' pueris mu-
tuō suscepta, fac, ut eos tutare, ne aut
ipsorū ingenia perdantur, aut tui la-
bores disperdantur. Hortū, quem
emi ab Herennio, & Deambulatio-
nem, Aedesq; Nestorianas, quibus
à Septentrione uicini sunt Cesaria-
ni fratres, Gracchi à meridie, ab oc-
cidentali plaga Mare, ab oriente so-
le Eridanus est cōterminus, amicis
lego, literatas literas doctis, Gallo,
Fabio, Hirro, ciuibusq; cunctis qui
uoluerint ibi uacare literis, & elo-
quentiæ: ea tamen lege, ut necq; illū
cōmutent, necq; alienent, necq; ut pro-
prium, cuiq; sit licitum possidere:
Sed uelut sacrum, & commune Gy-
mnasium, communiter ab omnibus

possideatur. Eas autem, quæ mihi erant in Aegina partes, diuidat Gymnasij Procuratores adolescentibus studiosis in usum librorum, & olei, Mercedemq; condignam statuant Rhetori, quæ delegerint patruelles nostri, & scholæ principem maximèq; utilē futurū existimauerint. Eis uero consentiāt et reliqui neceſſarij uel nominis gratia. Cauebunt aut̄ ipsi, mandabūtq; successoribus, ut locū hunc ita seruent, tradantq; posteris in perpetuum. C. Attēius et Sex. Capito curam habeant sepulture & funeris, Monumentumq; faciant, ut melius uidebitur, & iusta, quæ post funus fieri solenne est, ita moderētur, ut necq; illiberalia, necq; superflua sint. Persuasum eīm mihi est, illos, quid cōueniat, honestumq; sit, uisuros hājd segnius q; nos, nihilq; negligentius facturos. De ijs

aūt qui mihi seruierint , sic statuo .

Demetrio redemptiōis precium
remitto , & quincꝝ Minas do , & pal
lium , & Tunicam , ut qui mihi Ana
gnostes fuit . Tauro , qui multū me
cum , & diu laborauit , pileum do , &
Talenta quatuor , ut honeste uitam
degere possit . Dionysius , q uinctus
est , et Syrus fugitiuus , si pseucraue
rint esse improbi , ut sunt , eos uenū
dari mādo : & precio exacto , aperi
ri uiā ad Hortos Academicos du
centem , & iter proximū fieri uiā , &
publicam , ac uinales uias circūqua
que mūdari . Et Ancillam Hermiā ,
quod uinosa est , relinquō : & famu
los Mæsum , quoniā erro est ; & Ge
tam , quoniam impostor : Dauum
quoqꝝ , ac Maurū mancipes in per
petuum esse edico , quoniam maledi
ci , & contumaces semper fuerūt , ut
in pistrino poenas promeritas luāt .

Hæredem instituere reliquū est,
cui fortunas meas honeste relinquā,
quibus certò scio inhiare quāpluri-
mos . Vixisses, Læte fili , fili mi ,
uixisses (ut decuit) Læte , non ego
nunc sollicitarer, & angerer, non cū
mœrore nūc cogitarem, quibus po-
tissimum relinquam patrimonium
hoc tantū , tantis curis , cruciatibus
tibi uni auctū , tanta uigilantia, stu-
dio & parsimonia tibi uni a' me ser-
uatū . Cæterum, cum siue Fortuna, si
qua est, illū mihi inuiderit: siue Deus
potius, qui & eū dederat, abstulerit,
quo' domus mea omnis , resq; una'
mecū intereat, nefas est, Diuinę nō
acquiescere uoluntati. His deductis
Legatis , cū duos fratri Agathonis
filios, totidemq; filias habeam, ex u-
trisq; mihi hæredes instituam opor-
tet . In quo tamen (me me tristissi-
mum) etiam atq; etiam prouiden-

dum mihi est, ne quid agā, statuam'
vne, quod minus honestū illis, & con-
ueniens, quod' q̄ minus æquum, lau-
dabile' ue alijs factum uideatur. Iḡt
Titius, & Gneus Cuspidij ita mihi
h̄eredes sunto, ut, qui plus Reipub.
præstiterit, habeat Domos, Agros,
Hortos, Oliueta, & quæcunq̄ Sco-
dræ possedi: Qui minus profuerit,
quæ superiore anno Colchinij Cen-
tū octoginta supra mille iugera cō-
parauimus, cōsequatur. In reliquis
autem bonis meis om̄ibus, in' que fa-
milia Faustā & Felicianā, filias me-
as, ita mihi h̄eredes iustituo, ut, quæ
melius nupserit, ex Dodrāte, Alte-
ra ex quadrante h̄eres habeatur. Et
inuicē substituo tā has, quām illas,
cum suis filijs, in stirpes, nō in capi-
ta. Permitto aut̄ filiabus, ut, quem
quæq̄ earum uoluerit, sibi uirum
optet, optatiq̄ per patriam potesta

tem compos fiat. Curatores testa-
menti huius Silius Necessarius, C.
Attilius, M. Capitolinus, qui maxi-
me omniū miro me affectu pro-
quuti sunt, qui c̄ ex oīib⁹ amicis
ac necessarijs fidelissimi semper fue-
runt. Vos igitur per sacra amici-
tię, atque condiscipulatus, obtestor,
per summum omnium Opificē ob-
secro, curate, memores quātum ue-
stræ fidei committam, ut oīia mea
ex sentētia apud uos deposita, bene,
honestē c̄ gubernent. Verū enim
uero pie, amice c̄ & alijs facient, qui
nobis bene uoluerunt, quāuis occu-
pati, & seniores, si hēc impleuerint,
curauerint c̄.

Testes in his tabulis sint, Q. Mar-
tius, C. Septimius, P. Curio, L. An-
capito, M. Terent. Iulius Pansa,
C. Sestius, qui affuerunt, subscripte-
runt c̄, ut sua ipsorum litera cognos-

sci possit. Ego idem ille L. Cuspi
dius testamentum manu mea exara
ui, meoq; annulo obsignauit, hi scq; te
stibus signandum obtuli. Et hanc
meam nouissimam uoluntatem ua-
lere uolo iure testamēti: quod si for-
te non censebitur, nomen & ius ha-
bere mando cuiuscunq; alterius ul-
timæ uoluntatis, quā penitus & in-
uiolabiliter obseruari ab omnibus
hæredibus, & successoribus meis
statuo. Valete superstites, morta-
litatis non immemores.

ROMÆ KAL. MARTIIS
GN. POMPILIO, ET
L. MARTIO
COSS.

Ex membranis miræ
uetustatis.

C O N T R A C T V S

V E N D I T I O N I S , A N T I c .

quis Romanorum temporibus initus.



ASCVTIVS CVLIC
ta, Pascutij Culitæ F.
Sarnensis Sarcularius
cum Pignatia Nigela
la, quæ uiro suo nunc hic adest, &
suo, & uxoris nomine, uendit Segni
tio Funestillo, Acerrano uiatori,
qui ipsus emit sibi, liberis, nepotis
bus, pronepotibusq; suis, cū omni
posteritate, Domunculam. Sita est
Sarnensi in suburbio, secundum flu
men. Tribules ac uicinos bonos ha
bet, Pilutium, Rufillum, Cocleatiū
Surriponem, itemq; Lardatiū Fa
baronem. Proba est domuncula to
ta: proba contignatio: probus pari-

es:tectum ipsum probè canteriatū,
adserulatum' qz, quernis etiam scan-
dulis Auerunconis fabri, proba ci-
sterna, sine ullo saliculi uitio, aut la-
trinæ seruitute, fundamēta bene ia-
cta, uolutabrum lutulentum, in quo
uiciniæ totius fordes desideant. Ha-
rula ad solem meridianum exposi-
ta, firmiter' qz quaternata. V N C I O-
L A E T R E S P R E C I V M. Tu Pas-
cuti accepisse argentum omne per-
pensum probè, & enumeratum fa-
teris. Tibi uero Segniti ea Domun-
cula solenni more est a' Pascutio e-
uincunda, ab ipsis etiam fundamen-
tis tota, cū tecto, adseribus, cāterijs,
clauiculis, scalis, foribus, culinæ, uo-
lutabri' qz decursibus, ab infimo so-
lo ad usqz cœli subsellium, cum ipso
etiam cœlo, cum' qz terræ imis, atqz
perimis, infernis' qz. Eistis autem in
omni foro, & causa, festis, profestis' qz

fastis nefastiſ q̄ diebus Segnitio, aē
Segnitij posteris. Pro quo præstan-
do, prædia ſupellecstilem q̄ ſuam, &
cū ea bacem, cofinum, rīſcū, ac rete
triplumbatū obligatū obligat. ſe q̄
ſtatutū in prætorio ad iudicem. Tu
Pascuti fufte illū inuestito. Tu Se-
gniti fustē iþm manu capito. Hęcce
uti uera ſunt, ſciens, uolens q̄, ſuæ
ſpontis, atq; ex conuento, utq; inter
uiros bonos decet, uterq; agitis, mē
que, ut ſcribā, rogatis: iurēq; iuran-
do cuncta hęc confirmatis. Testes
adſunt de more ad ciți, rogațiq; uiri
utiq; probi, Plotius Locusta Fefula
nus, Casellio Albanus, Licida Albu-
tius Fregellanus. Hęcce, ſicce conue-
nere, hiſce uerbis, hiſce conditioni-
bus acta, & transacta ſunt: hiſce ad-
ſentiente uxore Pignatia, ut par eſt,
uiros inter bonos bene agier.

CAL. QVINTILIB. PRAET.

BALBO.

BEBIVS PORCA.



